



ginta etiamnum pergit, & ab omnibus doctis ob editas lucubrationes agnoscitur. Anon.

**L**ampertus Montfortius apud Belgas natus & educatus est. Is cum prima literarum rudimenta percepisset, ad linguarum & artium studia se cōuertit, & in ijs plurimū profecit. Itaq; factum ut scholæ Ultraiectinæ præficeretur. In eo loco iuuentutem egregiè instituit, & diligētem operam Historiæ impendit. Itaq; rerum peritus, Secessionum civilium Ultraiectinarū, & bellorum usq; ad Episcopatus translationem ad Burgundos libros septem: præterea tumultuum Anabaptistarum librum unū: Vergilium quoq; suis commētarijs illustravit, atq; rem literariam sua eruditione adiuuit & auxit. Hoc modo Lampertus annos natus circiter quinquaginta etiamnum pergit, & ab omnibus doctis ob editas lucubrationes agnoscitur.